

111.

7

REDUX
IN COELUM
CHRISTUS

Celebratus

per


CHRISTIANUM GUEINZIIUM
Gymnasii Hallensis
Rectorem.

*Excudebat Hallis Saxonum PETRUS
FABER Typographus.*

1 6 3 7

Prosperi Aquitanici, Epigr. 105.

Esse volens, gaudere optans, scire abdita quarens,
Ut te non teneant ultima, summa pete.
Delectare Deo rege, in caelestibus esto,
Et qua spe sequeris, credita, amore tene.
Nulla in te maneat hominis vestigia primi,
Nec formam veteris gestet imago Dei.
Exulta agnoscens, te verbi in carne renatum,
Cujus si pars es, pars tua Christus erit.
Qui, ne damnandi legeres mala gaudia mundi,
Promissum ad regnum se tibi fecit iter.



Nil terrena juvant; sed solum Cœlica. Sursum
Quæ vagus orbis habet rendere cuncta voluit.
Quicquid & ex terrâ superas se tollit in auras;
Ceu Mons, Fons, Arbor, vilis & herba probat.

Nec mirum, è Supero supera, infera & omnia constant:
Omne Creatorem gestit adire suum.

Ipsè prius maculis fuerat quàm tinctus Adamus,
Nec jamdum dederat tegmina vana Satan.

Spe superum certâ felix habitabat Olympum,
Sejux à Cœlis nec Paradisus erat.

Ast ubi terrenæ malebat gaudia vitæ,
Quam sese Cœlo consociare suo:

Terrea sola sapit mortalis, Cœlica sordens
Ipsi; dum solum terrea sola sapit.

Hinc facilis superest hominî descensus Averni
At via difficilis, quam regit ipse, Poli.

Quin Pater Omnipotens turbasset fulmine Cœlum,
Præcipitans totum Ditis ad ima genus.

Ni CHRISTUS miseros hominum miserando labores
Intrasset Stygios, impia regna, lacus.

Ac nunc hinc loca celsa datur superare polorum,
Linquere tellurem dum via plana patet.

Nec tamen intereâ nullo discrimine, cunctis
E terrâ Cœli scandere tecta volunt.

Sunt etenim terrena quibus potiora videntur;
Sunt qui vel propriis ausibus astra petunt.

At nisi sit CHRISTUS ductor, metator & autor,
Et nisi cum Christo scandere ad astra paret:

Ne

Næ nunquam potis est penetrare palatia cœli:
 Luētiferi contra lurida Ditis init.
 Christus ubi Satanam Satanæ fugitaverat astum,
 Amissas sedes reddideratque DEI.
 Eludit baratrum, surgit redivivus in auras,
 Ceu Victor labari magna tropæa tenet.
 Et repetit mundum fato meliore revisum,
 Dum cessisse malum, mortis & omne, cupit.
Sed quia perversos pietatis tramite cunctos
 Ire videt, mundum sentit & esse nihil!
 Tædet telluris, propriumque remigrat Olympum,
 Et se Cœlipetâ tollit in astra Via.
 Sic Christus postquam fortis devicerat orcum,
 In Cœlo Victor jure triumphat, ovat.
 Nos quia membra sumus, quia pendula membra vocamur,
 Christi, Victorem nos decet huncce sequi.
 Verùm si volumus, linguamus terrea fas est,
 Nil commune sibi Terra polusque tenent.
 Næ sol justitiæ Christus quia scandit in aeterna,
 Nos ad cœlimicas ducit & ille domus.
 At Sol cum radiis caput ignicomantibus effert,
 Adque domum propriam se penetrare parat:
 Signa prius gelido quæ semper frigore vastant
 Cuncta necesse sibi transgrediatur habet.
Scorpius invidia primum spernendus, & una
 Lingvæ compunctus; Cordis is ima ferit.
 Tunc simul *Arcitenans* malesvado perdita luxu
 Tela parat, necat & Bacchica dona litans.
 Et qui succedit *Capricornus* dulce venenum,
 Immittens jaculis cœca libido suis.
Urniger hydrochous qui pocula noxia miscet,
 Quem juvat insano perdere cuncta mero.
 Et post cœlesti radiantibus lumine pisces
 In quos despumat luxuriosa Venus.

Nos:

Nos quoque linquamus, quibus est mens scandere caelum,
Frigida cuncta, mali quæ riguerunt, gelu.
Hic opus, hic labor est. Hæc, hæc vitanda cuique,
Ad proprium caeli qui cupit ire locum.
Et quidni? mundus, mundus vanissimus omnis:
In caelis contra gaudia plana manent.
Quare debilitat series si magna malorum,
Quem nimium gravibus fors premit atra malis:
Perferat! eduret! Quoties se nubibus Imber
Rumpere jam cessat, gratius astra nitent.
Eiat ut hoc citius, pete quo duceris in altum
Cum Christo, Christus gaudia vera tenet.
Tu verò quem mundus habet, quem gloria mundi
Mancipat, & caeli munera nulla movent.
Quid teneas videsis, quo munere quæso fruaris
Perspice! næ cernes quod mera vana fient.
Num tibi terra placet si quando rebus abundas
Ruraque centeno scindis opima bove?
O miserum! in terris solummodo cura superstes,
Defunctumque leves non comitantur opes.
Huc ades, & caeli cum Christo scande superna,
In caelo caeli caelica dona dabit.
Forfitan & stulto terræ stimularis honore,
Et genus & proavos, stemmata multa, crepas?
Stemmata nil faciunt, simili consurgit ab ortu
Omne genus: cunctis conditor unus adest.
Huc ades & caeli cum Christo scande superna!
In caelo caeli gloria magna viget.
Scandite quos totos raptat divina cupido
In caelo caeli gaudia læta fluunt.
Scandite Palladias quæis mens sudare per artes
Atque haurire sacri Bellerophonis aquas.
In caelis sapiens. Sapiencia vera docetur
In caelo: in terris abdita cuncta latent.

Vanum

Vanum vana juvant: pueros puerilia: dignas
 Anticyrisque tribus ludibriisque manus.
 Næ Puer & fungis fungus magis omnibus, orbis
 Nugas pro cælo divite quisquis amat.
 Terra procul patriis te dividit avia regnis,
 Quæ toties noxis perdita regna tuis.
 Magna sonat magno, sed inani murmure, fastu:
 Scilicet agnatum prodit inane sonus.
 Ut somno delusa fames dape gaudet inani,
 Ut ficto cumulat phantasos ære sinus:
 Sic Dominum quando tibi fors transcripserit orbem,
 Plutus opem, fastum gloria, fama tubam:
 Mox ubi lux cæcas animi dimoverit umbras
 Invenies, magnum præter inane, nihil.
 Est contra sapiens, prudens, divinus & unâ,
 Cœlica quemque juvant, cœlica quemq; beant.
 Nec tamen hic oculis satias; non auribus; & non,
 Hinc sibi quæ carpat gaudia, gustus habet.
 Cinnama, thura, rosas, opobalsama naribus optas?
 In cœlis tali fragrat odore nemo?
 Auris ab Aonii pendet dulcedine plectri?
 Auribus in cœlis pectine pulsa chelys.
 Deliciosa gula est? Deus hic conviva, cibusque
 Instruit æternas cœlica mensa dapes.
 Linquite quapropter terras ascendite cœlos!
 In cœlis cœli cœlica tanta placent.
 Scandite Christicolæ! quoniam modò scandit Jesus:
 Scandite! proh quantum scandere tale beat!
 Linquite terricolis terras quia liquit Jesus:
 Gaudia fert cœlum, tristia terra tenet.

Vos magni proceres quos entheus ardor ad astra
 Pertrahit, ad sancti scandite sancta Dei!

Et 10

Et tu quinquis aues caelorum sede fruisi,
Linguo solum stolidis, scandere porge polum?
Corq; leva sursum, sunt & caelestia sursum,
Et quod non sursum, Ditis id antra subit.
Interea donec possint & corpora junctim,
Scandere, praesenter Christus ubique regat!
In caelo Dominus licet hic, at ubique locorum,
In terris praesens sceptrapotenter habet.
Scilicet est ubicunque aliquid, praesentia complet
Omne sua: quin est, est ubicunque nihil.
AH FELIX! NIMIUM FELIX QUI SCANDERE MENTE
NUNC SOLET, IS POST, QUO CORPORE SCANDAT, HABET!

Declamatores sunt

WOLFFGANGUS-MICHAEL HERTELIUS,
Weidâ Palatinus in Ligatâ.

PHILIPPUS CAESIUS, Bitterfeldâ Saxo
in Ligatâ.

JOHANNES-ANDREAS SCHULTZIUS,
Hallâ Saxo in Prosâ.

De quorum Exercitiis

I.

Sursum corda! praet Christus: Caelestia scandit
Regna, triumphatis hostibus usq; suis.

Nos

Nos sequimur meritò, capitis qui pendula membra:
Quisquis non sequitur pars nec is ejus erit.

HERTELIUS monstrat. Vis scandere coelica? terris
Perfer & obdura! scandere promptus eris.

2.

Est ubi caesa stygis manus impia vindice Christo,
Atq; triumphatus trux Satan, ira necis.

Ascendit coelos, & eos monstravit apertos,
Et nobis rursus Dux patefecit iter.

CAESIUS id monstrat. Vis coelica scandere? scande
Caesia Pallas auct, Christus & ipse fauet.

3.

Ad sublime redit ~~coeli~~ cum majestate tribunal
Christus, ceu Praetor dat pute alq; poli:

Ac damnat rigidè quae frigida: Coelica tantum
Approbat: in coelis coelica jura placent.

SCHULTZIUS id repetit. Coeli praetoria jura
Optas? perge polum scandere! praetor eris.

Ita censet

Gucinzius.

F I N I S



Cl 1926

ULB Halle 3
001 556 118




Stk. 6 = Handschrift


Sb.

Paul Friedrich
Buchbindereimeritor
Merseburg a. S.

1017







7

U X

ELUM

S T U S

atus

GUEINZIUM
Hallensis
rem.

xonium PETRUS
pograpbus.

3 7